



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

blasphemia in deū Israël, quemadmodū supra propheta dixit, Blasphemare fecisti inimicos nomen domini.

Et tulit. Allegoria. Christus rex Iudeorum, gentium regnū occupat, quemadmodū in parabola euangelica dicitur, Abijt in regionem longinquā accipere sibi regnum. Crudelis uero Iudex erit blasphemantiū huius regni sceptrum, id est, sacrum euangeliū, quemadmodū & ibidem dicitur. Inimicos meos qui noluerunt me regnare super se adducite huc & interficite coram me. Traduxit in typo laterū. Heb. Combussit in forma cibus laterum.

## CAPVT XIII.



Ab hoc loco usq; ad cap. 19. uides Dauidi suscitari malum ex domo ipsius, quemadmodū prædixerat Nathan propheta. Amnon stuprat sororem, & iccirco eum occidit frater Absolon, Hic autem receptus in gratiā patrem regno eijcit, uxores patris uiolat, & insana temeritate perit. Ita uerbum dei de cruce Dauidis uerū fit, nec tamen minus, in istis tentationibus imò etiā peccatis, seruatur ipse, & stat apud deū firma promissio, Diligentibus enim deum oīa cooperātur in bonū &c. Nimum hic in Dauide tentabatur fides promissionis de confirmando in æternum regno, Sua peccata eum undiq; impugnāt, semen regium & iniquitate coram



deo & interitu corā hominibus perit, & eiectus è re-  
 gno dicit, Si dixerit mihi non places præsto sum. Vbi  
 nunc illa de æterno regno promissio? quin & redus-  
 ctus uidet à se separari Israëlem, ut legis ca. 20. Itaq;  
 ut militia regnum est Dauidis & Christi in terris, ita  
 est & tentationibus & fidei periculis plenum, ut non  
 frustra monuerit Christus esse uiglandū. Omnia enim  
 peccata in quæ incidimus, omnes tentationes quæ in-  
 tus & foris accidunt, hoc unum agunt ut fidem in pro-  
 missiones dei auferant à nobis. Orandum igitur ne in-  
 tremus in tentationem. Nemo fortiter stabit, nisi qui  
 diffidens de suis uiribus dei manum iugiter inuocau-  
 rit adiutricem. Habes itaq; quæ reliqua fuerit uita Da-  
 uidis, quæ proculdubio propter nos scripta sunt.

Præter hoc q; ista docent ueritatem uerbi dei per  
 Nathan prophetam prædicti, ut diximus. Hæc exem-  
 pla primum indicant quæ sit impietas cordis humani,  
 quæ data occasione se prodit, non enim potest perpe-  
 tua hypocrisi latere, cum & in sanctis sese sæpe pro-  
 dat quod in carne reliquum est peccatum. Deinde li-  
 berum arbitrium in affectibus cordis esse nullum. Ut  
 enim Ammon impium non potest ponere amorem, ita  
 Absolom per duos annos impiū odium. Præterea mo-  
 nemur nulli confidere, quandoquidem non est soror  
 à fratre neq; frater à fratre tutus. Homines & fallunt  
 & falluntur. Scriptura uult, ut fidas uno deo, cæteriū



maledictum dicit qui confidit in homine &c. Homines amare & eis benefacere oportet, ceterum uide cui credas, hæc exempla ut non frustra facta, ita non frustra scripta sunt. Neque foeminis negligendum esset, si quid hæc apud quasdam ualerent, quæ Thamar uitiata eijcitur. Quæ enim malo cociliantur amore quomodo cohærebunt? Fit & hoc in alijs impie coeptis, nisi deus mirus artifex ex stercore quandoque faciat aurum, ex peccato iustitiam, ut in electis quibus omnia cooperantur in bonum.

**Ionadab.** Et hic exemplum est prudentiæ carnis. Prudens enim non est secundum deum, quemadmodum & ca. sequenti uides de Ioab.

**Non negabit.** Siue ita senserit, siue fallendo uouerit effugere manus fratris, nihil nostra refert, prohibitum certe est, Leuit. 20.

**Contristatus est ualde,**

Sed quare non occidit filium? Respondeo, si hoc donauit amoris filij, peccauit Dauid in legem. Aut non ausus fuit timore dei hoc stuprum morte punire, cui iam à deo insigne donatum erat adulterium & homicidium. Aut certe occultum non debuit prodere scelus, non tam propter Amnonem qui meruerat mortem, quam propter Thamar quæ inuita perpeffa erat ignominiam. Idcirco post persequitur Absalonem fratricidam, cuius scelerus iam toti Israëlì erat manifestum.



**T**onderentur. In tonsione ouuum celebrata cō  
uiuia & historia Iudæ docet, Gen. 38.

Obseruate.] Stupra & adulteria grauitè puni-  
ta esse, historiæ sacræ passim habent, satis fuerit uel dī  
luuium intueri uel Sodomorum interitum.

**Omnes filios.**

Hoc uulnus oportuit sustinere Dauidē in corde, quod  
filijs non erat inflictum. Agnouit hic Dauid sententē  
am cōtra se dei, nec omittit persequi homicidam quē  
lege occidere debuit.

Ionadab.] Ista prudentia iam adulatur regi, nec  
uult uideri se fuisse à consilijs in scelere Amnon.

Gessur.] In Syria gentium est.

Consolatus] temporis scilicet longitudine.

**CATVT XIII.**

**V**ides q̄ filij huius seculi prudentiores  
sunt filijs lucis in generatione sua. Ioab  
prudenti certe consilio cōciliat Absalo-  
nem patri, bene uolēs Absaloni, nec mi-  
nus consulere in hoc uolens Dauidi, & simul apud  
utrūq; inire gratiā, dū patri filiū, & hunc illi reddit.  
Atq; pro Dauidē hoc eū uoluisse sequens historia de-  
clarat, ubi Absalonē à crine pēdentē hasta transfodit.  
Verum q̄ male istud consilium cessit, ita ferè cedūt oīa